



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Martinus Kemnitius n. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

CLASSIS XI.

AB HÆRETICIS.

HActenus à laudatis Viris laudata IESV Societas: Quid ni & ab ipsis Hæreticis, Sectarijsque accersasamus aliquid laudis? Nec enim ulla virtutis certior est, quàm ab hoste (utpote vi veritatis expressa) commendatio. Audiamus igitur quid hostes veræ Religionis, quid Hæretici quandoque de IESUITIS, ac SOCIETATE senserint: & imprimis exordior.

I. **A** PHILIPPO MELANTONE Patriarchæ nomine ab ipsis Hæreticis proclamato: qui morti suæ insaufissima iam vicinus, cum forte audiret à quopiam Iesuitas peragrarè terras, transmittere maria, nec quemquam fere tunc esse Orbis Angulum, quo non penetrarint, ubi non iecerint Catholicæ Religionis semen, non sudore tantum, sed etiam sanguine irrigatum; ductis ex imo corde suspirijs, penè iam animam exhalans, exclamare non vni auditus est. Ah! quid hoc esse dicam? Video sane totum Mundum brevi Iesuitis repletum iri. Ita apud *Jmag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 12. fol. 680.*

*Iesuitæ
Melanthonis
ultimæ
dolor.*

2. **A** THEODORO BEZA asserente, Nulla se in Francia vitæ Christianæ, & integritatis vestigia, nisi in Iesuitis videre. Sic *Ibid. fol. 681.* Qui rursus affirmabat, Delphinatus Ecclesijs non posse periculum creati maius, quàm si Ministri viua voce, ac præsentè plebe de Religione cum Iesuitis dissererent. Sic in *Annal. Societ. ann. 1601. fol. 453.*

*Eorum vitæ
integritas.
Quantum
cum illis
renuant
Hæretici
disputare.*

3. **A** MARTINO KEMNITIO affirmante Societatem à Romano Pontifice excogitatam, ut labentem Ecclesiam fulcire aliquomodo posset. Ita in *Jmag. 1. sec. Soc. citata fol. 681.* Et item ab Eodem impie effutiente, Iesuitarum Theologia semel expuncta

*Societas
labentis
Ecclesiæ
fulcrum, si-
deique su-
stentaculū.*

expuncta, Catholicam fidem expunctam iri. *Ac proinde librum, quem ille in hanc edidit, contra Theologiam Iesuitarum inscripfit, sic referente Kemnitio apud P. Gueuara Tom. 1. in Matth. cap. 1. v. 1. obser. 16. num. 14.*

Inuentus
instituta
disciplina
à Iesuitis
reuocata.

Eorum so-
lertia in
doctrina
excolenda,
& moribus
informandis.

Cum illis,
tormentis,
non argu-
mentis cer-
tandum.

Vbi ipsi de-
gunt hære-
sis stare
nequit.

Hæreticorū
cum Iesuitis
odium im-
placabile.

Religio Ca-
tholica, iam
Romana, iā
Iesuitica
vocat.

Pro malefi-
cij benefici-
cia repen-
dunt Ie-
suitæ.

Sine illis
nihil Rex
Hispaniæ
attentaret.

4. A FRANCISCO VERVLANO *Angliæ Cancellario agente de Institutione iuuentutis*: Quæ (inquit) nobilissima pars priscae disciplinæ reuocata est aliquatenus quasi postliminio in Iesuitarum Collegijs: quorum cum intueor industriam, solertiamque tam in doctrina excolenda, quàm moribus informandis, illud occurrit Agesilai de Pharnabazo: Talis cum sis, vtinam noster esses. *Ita ille apud Imag. Societ. sup. fol. 681.*

5. AB ANGLICANIS, *Quorum argumentationes tam facile Maldonatus noster in quodam cum Hæreticis congressu, dissoluit, vt earum futilitatem ipsi cognoscerent, cogerenturque asserere*: Cum Iesuitis in posterum tormentis potius certandum, quàm argumentis. *Ibid. lib. 3. cap. 3. fol. 341.*

6. A CALVINO-BATAVIS: *Qui asserbant, stantibus in Belgio Iesuitis stare non posse Hæresim, ne dum dominari. Iidemque rursus profitebantur, Malle se quotquot Belgium habebat Hispanos, quàm bis senos dumtaxat Iesuitas. Ingens Iesuitarum commendatio, & gloriosa, cui Batauicæ gentis odia in Hispanos non ignota: plusquam Vatiniæ sunt. Tandem quod maxime Societati honorificum, iidem Hæretici Religionem Catholicam, sæpe quidem Romanam, sæpius tamen Iesuiticam appellant. Probrum nobis dicere se putant, & præconium dicunt. Ita Ibidem lib. 6. fol. 890.*

7. A LIBERIO WIGART. *Asserente, Homines Societatis suorum inimicorum amatores adeo, vt beneficia pro maleficijs rependant. Sic in Annalib. Societ. ann. 1604. fol. 648.*

8. * AB ELISABETHÂ *Angliæ Regina, Catholicæ Religionis immani peste, crudelique Societatis aduersaria. Videtur (asserbat illa) quod sine Iesuitis Rex Hispaniæ nihil hoc tempore atten-*